Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nuencia testimonia non erant. Et quidam
surgentes falsum testimonium ferebant adiu-
cum dicentes: Quoniam nos audiuimus
eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc
manufactum: et post triduum aliud edifica-
bo non manufactum. Et non erat conuenies
testimonium illorum. Et exurgens summus
sacerdos in medium interrogauit ihm dicens:
Non respondes quicq̃ ad ea que tibi obicui-
tur ab his. Ille autem tacebat: et nichil re-
spondit. Rursum summus sacerdos interro-
gabat eum et dixit: Tu es xps filius dei bene-
dicti. Jhesus autem dixit illi: Ego sum. Et vi-
debitis filium hominis sedentem a dextris vir-
tutis dei: et venientem cum nubibus celi. Sum-
autem sacerdos scindens vestimenta sua ait:
Quid adhuc desideramus testes: Audistis blas-
phemiam. Quid vobis videtur: Qui omis
condempnauerit eum esse reum mortis. Et ceperunt
quidam conspuere eum: et velare faciem eius.
et colaphis eum cedere et dicere ei: Prophetiza.
Et ministri alapis eum cedebant. Et cum
esset petrus in atrio deorsum: venit una ex ancil-
lis summi sacerdotis: et cum vidisset petrum ca-
lefacientem se aspiciens illum ait: Et tu cum
ihu nazareno eras. At ille negauit dicens: Neq;

282